APPENDIX

AD

PHARMACOPOEAM BORUSSICAM

EDITIONIS QUARTAE.

BERÓLINI

APUD CAROLUM FRIDERICUM PLAHN.

1829.

TYPIS G. C. NAUCKII.

PRAEFATIO.

Cum omnia fere Pharmacopoeae Borussicae exemplaria, uti vulgo vocantur, anno 1827 impressa, vendita essent, necessarium erat, ut nova imprimerentur. Jussit itaque VIR NOBILISSIMUS AC GENEROSISSIMUS Liber Baro Stein ab Altenstein, qui summam rei medicae in Regno Borussiae curam habet, ut, quae imprimerentur, ab omnibus vitiis typographicis purgata prodirent, nec non, ut in iis mutarentur, quae mutanda essent, et facile mutari possent. Quam ob rem non solum viros peritos consului, sed quoque libellos criticos hac de re editos et correxi ac mutavi quae mutanda videbantur. Ne vero qui priorem editionem sibi compararunt, ignari essent eorum, quae correcta et mutata sunt, appendix haecce seorsim prodiit.

Medicamenta quaedam, quorum usus magis innotuit, nunc ad Partem primam, ad ea scilicet relata sunt, quae semper in officinis pharmaceuticis, quas vocant, praesto esse debent. Alia vero, minus necessaria visa, in Parte secunda reperies. Ejusmodi muta-

tiones et in posterum facile locum habebunt, jussu Illius, cui summa de re medica cura tradita est.

Monendum quoque, medicamenta in Parte secunda indicata non plane negligenda esse in revisionibus sic dictis officinarum pharmaceuticarum, sed quaedam eorum, quae prostant, eligenda et accurato examini subjicienda.

Doses medicamentorum ad finem operis rejeci, ut melius conspiciantur. Si Medicus majorem pro usu, interno, uti ajunt, praescribit dosin, signum! addere debet, si neglexerit, Pharmacopolam formulam Medico remittere oportet, ut hic de ipsa pronuntiet. Medicamenta quoque hoc loco indicata sunt, quae Medicus cum aliis non conjuncta nec his temperata pro usu interno non praescribat, nisi signum! addiderit.

Characteres medicamentorum eos tantum adjunximus, qui in revisionibus officinarum statim dignosci poterunt. Pondus specificum vero in oleosis aliisque minus facile exploratur; in his itaque negligi potest. Hinc desunt in tabula quarta.

Monendum tandem, si medicamentum tam inter ea recensetur, quae coëmi possunt, quam inter ea, quae pharmacopola ipse parare debet, non opus esse, ut utrumque prostet, sed alterutrum tantum. Miror viros peritos hac de re dubitasse.

H. F. Link.

PONDERA.

Verbis: *thermometri Reaumuriani hydrargyro repleti,* adde

quo semper usi sumus.

PARS PRIMA.

Pag. 1. Verbis: *Medicamenta, quae semper praesto esse debent,* adde

ET QUAE, AD IPSA PARANDA, NECESSARIA SUNT.

SECTIO PRIMA.

SIMPLICIA.

Pag. 3. Abrotanum. Herba. Hoc loco *expungatur* et inseratur pag. 265. Post verbum *Herba* in descriptione adde

florens, floribus compositis exiguis,

et dele verba: *amaro-aromatica,* tum in fine descriptionis adde

sapore amaro, odore aromatico.

Pag. 4. Acetum. Loco verborum: *tum accuratius si acetum evaporatione ad mellis consistentiam redactum etc.* repone

accuratius vero, cum opus fuerit, si acetum etc.

Pag. 4. Acidum muriaticum crudum. Pag. 5. Acidum nitricum crudum. Pag. 6. Acidum sulphuricum crudum et ibidem Acidum sulphuricum rectificatum. In descriptionibus loco verbi: *albus*, rep.

coloris expers.

Pag. 5. Acidum succinicum crudum. Pag. 6. Verba: *in aquae viginti quinque partibus, relicto oleo, solubiles*, sic muta

in aquae viginti quinque, in alcoholis calidi duabus partibus, relicto oleo, plane solubiles.

Pag. 6. Acidum sulphuricum crudum. Verbo: *fumans*, adde

saepe.

Pag. 8. Post Aerugo insere

Aether sulphuricus venalis. *Naphtha vitrioli ven. Käuflicher Schwefeläther.*

Paratur in officinis chemicis e spiritu vini rectificatissimo et acido sulphurico.

Liquor limpidus, valde volatilis, coloris expers, flamma flavescente fuliginem exhalante deflagrans,

cum spiritus vini qualibet copia miscendus, in aquae novem ad decem partibus solvendus, odoris fragrantis. Sit saltem pond. sp. = 0,750 — 0,760.

Pag. 8. Aloë lucida. Adde
Aloë succotrina.

Pag. 11. Ammonium carbonicum crudum. Verbis: *Praeparatum officinarum chemicarum etc.* adde
aut depuratione destillati ex partibus animalium obtenti.

P. 11. Post Ammonium carbonicum crudum insere

Ammonium carbonicum pyro-oleosum. *Sal volatile Cornu Cervi. Carbonas ammonicus admixto oleo empyreumatico animali. Hirschhornsalz.*

Paratur in officinis chemicis ex ossibus aliisque partibus animalium destillatione et sublimatione.

Sal in crystallis cohaerentibus, friabilis, e flavescenti-albus absque maculis obscurioribus, ammonium et oleum empyreumaticum valde redolens, in aquae partibus duabus solubilis. Constat ex ammonio et acido carbonico, immixto oleo empyreumatico animali.

Pag. 11. Ammonium muriaticum crudum. Loco verborum: *Hydrochloretum Ammonii crudum* repone
Hydrochloras ammonicus crudus.

Pag. 15. Arnica. Flores. Loco verbi: *lutei*, repone

flavi.

Pag. 17. Artemisia. Radix. Hoc loco *expungatur* et pag. 265 inseratur. In fine descriptionis adde

Adhibendi tantum rami tenuiores, et radix non lavanda.

Pag. 18. Asarum. Radix. Post verba: *longitudinaliter rugosa* insere

e cinereo-fusca

et infra dele. Verba *cortice exteriore albo* sic muta

cortice exteriore intus albo.

Pag. 22. Basilicum. Herba. Hoc loco *expungatur* et inseratur pag. 266.

Pag. 23. Bergamottae oleum. Loco 0,856 rep. 0,886.

Pag. 24. Bolus alba et Bolus armena. *Expungantur* hoc loco et inserantur pag. 266.

Pag. 25. Brassica Rapa. Hoc loco *expunge* et insere pag. 266.

Pag. 26. Cajeputi. Oleum. Loco: *Melaleucae Leucadendri Linn.* rep.

Melaleucae Cajeputi Roxb. et Colebrook.

et loco: 0,926 rep.

0,978.

Pag. 33. Post Castoreum inseratur

Castoreum Canadense. v. pag. 266.

Pag. 34. Post Cerasa acida insere

Cerasa acida siccata. *Trockne saure Kirschen. Pruni Cerasi Linn. var.*

Pag. 35. Post Cervus. Cornu insere

Cervus. Cornu ustum album. *Weifsgebranntes Hirschhorn.*

Paratur e Cornu Cervi aliisque ossibus ustione.

Materia terrea, forma Cornu Cervi aut ossium, compacta, alba, e calcaria phosphorica potissimum constans.

Pag. 35. Chaerophyllum sylvestre. Hoc loco *expunge* et infra insere pag. 266.

Pag. 39. Post China. Cortex ruber insere

Chlorum Calcariae. *Chloretum Calcariae. Chloris calcicus. Calcaria chlorinica. Chlorkalk.*

Paratur in officinis chemicis e calcaria usta et gase chlori.

Pulvis grossiusculus albus, gas Chlori valde redolens.

Pag. 41. Clematis erecta. *Expungatur* hoc loco et inseratur pag. 266.

Pag. 41. Coccionella. Loco verborum: *insecti rhyngoti F.* rep.

insecti hemipteri.

Pag. 41. Post Cochlearia insere
Colchicum. Radix. v. pag. 267.

Pag. 43. Copaiva. Verba: *Succus e caule Copaiferae multijugae Hayn. aliarumque hujus generis specierum* sic muta

Succus e caule variarum Copaiferae specierum.

Pag. 50. Filix. Radix. In descriptione verbis *minus carnosae* adde

minus strigis tectae.

Pag. 52. Gallae. Loco *Cynipis Quercus folii Linn.* repone

Cynipis Gallae tinctoriae Oliv.

Pag. 53. Geoffroea surinamensis. Hoc loco *expunge* et insere pag. 268. Loco verbi *Linn.* rep. *Bondt.*

Pag. 56. Gypsum. Verbis: *Lapis albidus* adde

non ita ponderosus, cultro facile radendus.

Tum verbis: *e calcaria sulphurica* adde

et aqua.

Pag. 60. Hyssopus. Hoc loco *expungatur* et inseratur pag. 269.

Pag. 61. Post Imperatoria insere

Jodum. v. pag. 269.

Pag. 63. Kali ferruginoso-hydrocyanicum. Hoc loco *expungatur* et inseratur pag. 269.

Verbis *Cyanuretum Kalii et Ferri* adde
cum Aqua.

Tum loco verborum: *e kali, ferro et cyano* rep.
e kalio, ferro, cyano et aqua.

Pag. 64. **Kali nitricum crudum.** Loco verborum: *elixivando terras in stabulis effossas aliasque illo praegnantes* rep.
e terris in stabulis effossis aliisque illo praegnantibus.

Pag. 66. **Lapathum acutum.** Hoc loco *expungatur* et pag. 269 inseratur.

Pag. 66. **Larix. Boletus.** Hoc loco *expungatur* et inseratur pag. 266.

Pag. 68. **Lavandula. Oleum.** Loco 0,877 repone
0,898.

Pag. 69. **Lithargyrum.** Loco verborum: *Saepissime in depuratione argenti obtinetur* rep.
Obtinetur in officinis metallariis in depuratione argenti.

Pag. 70. **Macis. Oleum.** Verbo: *flavescens* adde
aut rufescens.

Pag. 71. **Magnesia carbonica venalis.** Loco verborum *e magnesia et acido carbonico constans* rep.

e magnesia, acido carbonico et aqua nec non hydrate magnesico constans.

Tum loco: *kali oxalici* lege

ammonii oxalici.

Pag. 71. Magnesia sulphurica cruda. In fine descriptionis adde

qui natro sulphurico, aliquantulum fatiscit.

Pag. 74. Marum verum. *Expungatur* hoc loco et inseratur pag. 270.

Pag. 75. Matricaria. Herba. *Expungatur* hoc loco et inseratur pag. 270.

Pag. 76. Mentha crispa. Hoc modo muta

Mentha crispa Linn. et Mentha crispata Schrad. Plantae perennes Europae australis orientalis in hortis cultae.

Herbae aromaticae et amaricantes, graveolentes etc. Verba: *Rejiciatur Mentha crispata Willd.* etc. usque ad finem deleantur.

Pag. 78. Mimosa. Gummi. Verba: *Succus aëre condensatus Acaciae tortilis et Sayal Forsk.* sic muta

Succus aëre condensatus Acaciae Ehrenbergii, Hayn. et Nees., Mimosae tortilis et M. Seyal Forsk.

Pag. 78. Minium. Loco verbi: *lateribus* lege

laterum pulvere.

Pag. 80. Myrrha. Loco verborum: *Amyris Kataf Forsk.* lege

Amyris Kataf Forsk. (*Balsamodendri Myrrhae Nees.*).

Pag. 82. Nitri spiritus fumans. Lege

Nitrum. Spiritus fumans.

Tum loco verborum: *et acido nitroso nec non muriatico mixtus* rep.

et acido nitroso constans, saepe cum acido muriatico mixtus.

Pag. 84. Olivae. Oleum. Loco verbi: *Calore* rep.

Temperatura.

Pag. 85. Origanum creticum. Loco verborum: *Planta perennis in insulis Archipelagi spontanea* repone

et aliae Origani species in insulis Archipelagi spontaneae.

Pag. 87. Papaver. Semina. In fine adde

Rejiciantur rancida.

Pag. 88. Petroleum. In fine loco verborum: *rubescit et spissescit* adde

crustam rubentem deponit, nec oleo succini, quod eodem acido addito ita spissescit ut vitro adhaereat, tum odore quoque dignoscitur.

Pag. 90. Pinus. Turiones. Hoc loco *expunge* et insere pag. 271.

Pag. 90. Plantago major. Folia. Hoc loco *expunge* et pag. 271 insere.

Pag. 91. Plumbum aceticum crudum. Verbis: *Acetas plumbicus* adde

cum Aqua.

Verba: *e plumbo oxydato et acido acetico constans*, sic muta

e plumbo oxydato, acido acetico et aqua constans.

Pag. 91. Polygala amara. Hoc modo nomina muta

Polygala amara Linn. et P. amarella Reichenb. Plantae perennes montanae, haec Germaniae, illa Sueciae.

Pag. 92. Prunus. Pulpa cruda. In fine adde Rejiciatur, quae cupro inquinata est, quod ferro nitido inserto dignoscitur.

Pag. 93. Post Quercus. Glandes. insere Ratanha. Radix. v. pag. 272.

Pag. 93. Rheum. Radix. Loco verborum: *Species Rhei* etc. rep.

Rheum Emodi? Wallich. planta perennis Regni Tibetani.

Pag. 94. Rhododendron chrysanthum. Hoc loco *expungatur* et inseratur pag. 272.

Pag. 97. **Ruta. Herba.** In fine adde
et recens adhibenda.

Pag. 100. **Santalum rubrum.** *Expungatur.*

Pag. 100. **Sapo Hispanicus albus.** Verbis: *e materiis supra dictis constans* adde
oleo scilicet in acidum stearinicum et elainicum mutato.

Pag. 102. **Scammonium Halepense.** Hoc loco *expungatur* et inseratur pag. 273.

Pag. 103. **Senna. Folia.** Loco verbi: *inaequilatera* pag. 104 lege
aequilatera.

Pag. 106. **Stibium sulphuratum nigrum.** Hoc loco *expunge* et pag. 274 insere. Tum verba: *Ad Stibium parandum adhibetur* dele.

Pag. 110. **Tanacetum. Herba.** *Expungatur* hoc loco et inseratur pag. 274.

Pag. 111. **Tartarus crudus.** Verba: *e kali et acido tartarico praevalente* sic muta
e kali, acido tartarico praevalente et aqua.

Pag. 111. **Tartarus. Crystalli.** Verba: *e kali et acido tartarico praevalente* sic muta
e kali, acido tartarico praevalente et aqua.

Pag. 111. Post Tartarus. Crystalli. insere Taurus. Fel. *Ochsengalle.*

Bos Taurus Linn.

Pag. 112. Terebinthina. Oleum. Loco: 0,810 rep.

0,890.

Pag. 113. Toxicodendron. *Expungatur* hoc loco et inseratur pag. 274.

Pag. 115. Valeriana minor. Radix. Verbis: *Valeriana Anglica* adde

sic dicta.

Pag. 117. Vinum Hungaricum *expunge.*

SECTIO SECUNDA.

PRAEPARATA ET COMPOSITA.

Pag. 121. Acetum concentratum. Verbis pag. 122: *Evaporent ad uncias triginta sex, quibus* etc. adde

refrigeratis, filtratis ac etc.

Pag. 123. Acetum Rubi Idaei. Verbis: *deinde cola* adde

absque pressione.

Pag. 124. Acetum scilliticum. Ante verba: *Caute serva* insere

Filtra et.

Pag. 124. Acidum aceticum. Verbis *Acidi sulphurici* adde

crudi.

Loco verborum: *unciis novem* rep.

unciis sex.

Pag. 126. Acidum muriaticum. In fine pag. 127. adde

Qui vasis idoneis instructi sunt, hoc modo facilius tutiusque parare possunt.

R. Natri muriatici antea candefacti libras duas.

Immitte in retortam vitream tubulatam, cui vas excipiens tubo elongato instructum rite junctum est. Tubus hicce demittitur in lagenam aqua destillata ad duas de tribus partes repletam. Tum retortae sensim instilla

Acidi sulphurici crudi libram unam

et fiat destillatio in balneo arenae calore sensim aucto, donec fundus retortae candeat. Gas transiens in aqua destillata excipiatur, lagena aqua frigida cincta, glacie, si fieri potest, immixta. Quando aqua ulterius gas acidum absorbere recusat, removeatur et altera in ejus locum substituatur. Si vero, destillatione peracta, aqua gase acido nondum sit saturata, operatio iteranda. P. sp. = 1,196 quod pro usu medico diluatur, ut sit = 1,110 — 1,120.

Pag. 128. **Acidum phosphoricum depuratum.** Initium sic muta

R. Cornu Cervi usti albi subtilissime pulverati libras quinque

Adde etc.

In fine verba: *admixto acido nitrico* dele.

Pag. 128. **Acidum phosphoricum purum.** Verba pag. 129: *Cave ne acidum* etc. sic muta

Cave ne acidum nitricum immixtum sit, quod solutione hydrargyri sub evolutione gasis nitrici dignoscitur.

Pag. 132. **Aether phosphoratus.** Loco verborum: *non nimis diu* rep.

quamdiu phosphorus non demittitur.

Pag. 132. **Aether sulphuricus.** Post verba pag. 133: *In vasis bene clausis serva* insere

Parare quoque licet ex aethere sulphurico crudo, rectificatione modo supra dicto peracta, nisi crudus cum sequenti descriptione conveniat.

Pag. 135. **Ammonium muriaticum depuratum.** Loco verborum: *Hydrochloretum Ammonii depuratum* rep.

Hydrochloras ammonicus depuratus.

Loco verborum: *Cave ne sint stanno inquinatae, liquore auri muriatici dignoscendo* rep.

Cave ne sint stanno inquinatae, aqua hydrosulphurata et solutione praecipitati in liquore ammonii hydrosulphurati dignoscendo.

Pag. 135. **Ammonium muriaticum ferruginosum.** Loco verborum: *Hydrochloretum Ammonii cum Subbichloreto Ferri* rep.

Hydrochloras ammonicus cum Sesquichloreto Ferri.

Pag. 138. Post **Aqua Cerasorum** insere

Aqua Cerasorum amygdalata.

R. Cerasorum acidorum exsiccatorum una cum nucleis contusorum

Amygdalarum amararum contusarum singulorum libram unam,

Aquae fontanae quantum satis.

Destillando elice libras viginti quatuor.

Pag. 139. **Aqua Citri.** Verbis: Flavedinis Pomorum Citri adde

recentis.

Pag. 140. **Aqua hydrosulphurata.** Hoc loco *expungatur* et pag. 279 inseratur.

Pag. 142. **Aqua Opii.** *Expungatur* hoc loco et inseratur pag. 279.

Pag. 144. **Nota ad Aquas destillatas.** Verba: *in vasis clausis* sic muta

in vasis magis minusve clausis.

Pag. 144. **Argentum nitricum fusum.** Verba: *Argenti nitrici crystallisati* sic muta

R. Argenti quantum placet.
Solve in

Acidi nitrici quantitate sufficiente.

Liquor leni calore ad siccum evaporet, residuum in vase porcellaneo liquetur, donec nigrescat et portiuncula exemta solutionem praebeat coloris plane expertem. Tum massa refrigerata in aquae destillatae quantitate sufficiente solvatur et liquor filtratus ad siccum evaporet.

Pag. 146. **Bismuthum nitricum praecipitatum.** Loco verborum pag. 147: libras *viginti* rep.

libras quinque.

Pag. 148. **Calcaria sulphurato - stibiata.** Verba: *et per horam dimidiam incandescant* sic muta

et incandescant, donec particula exemta colore sit fuscescente.

Loco verborum: *Sit pulvis e flavescenti griseus* rep.

Sit pulvis subtilissimus.

Loco verborum: *colorem aurantiacum ostendat* rep.
colorem e fuscescenti-aurantiacum.

Pag. 150. Post **Cereoli simplices** insere

Chinium. v. pag. 282.

Chinium sulphuricum. v. pag. 283.

Chlorum Calcariae. v. pag. 284.

Pag. 153. **Electuarium Theriaca.**

Expungatur hoc loco et inseratur pag. 287.

Pag. 155. **Elixir e Succo Liquiritiae.**

Lege

Elixir e Succo Glycyrrhizae.

Pag. 156. **Emplastrum adhaesivum Anglicum.** Verbis longitudine sex pedum adde
latitudine duorum pedum sat expansa.

Pag. 160. **Emplastrum fuscum** seu **nigrum.** Verba: *Camphorae in pauxillo Spiritus Vini rectificati solutae* sic muta
Camphorae in pauxillo olei olivarum solutae.

Pag. 161. **Emplastrum opiatum.**

Verba *olei olivarum etc. drachmam unam* muta in
olei olivarum etc. drachmam dimidiam.

Pag. 162. **Emplastrum saponatum.** Dele verbum Provincialis.

Pag. 172. Post **Extractum Juglandis Nucum** insere

Extractum Nucum Vomicarum spirituosum. v. pag. 292.

Pag. 175. **Ferrum oxydulatum nigrum.** Dele nomen: *Oxydum ferrosum*, cum non purum sit.

Pag. 176. **Ferrum sulphuricum crystallisatum.** Dele in Nota verba quae sequuntur haecce: *aut in acido muriatico* et rep.

immittendo gas hydrosulphuratum, quo cuprum colore fusco praecipitatur.

Pag. 178. **Hydrargyrum ammoniato-muriaticum.** Loco verborum: *Hydrochloretum Ammonii* lege

Hydrochloras ammonicus.

Pag. 178. **Hydrargyrum depuratum.** Loco verborum: *Ferri limati tantum* rep.

fila ferrea torta sufficiente quantitate.

Pag. 179. **Hydrargyrum muriaticum mite.** Ad finem verba p. 180: *addendo aquam* sic muta

addendo liquori filtrato aquam.

Pag. 181. **Hydrargyrum oxydulatum nigrum.** Sic muta:

(Mercurius solubilis Hahnemanni. Nitras ammonicus immixto Oxydo hydrargyrico.)

R. Liquoris Hydrargyri nitrici oxydulati recenter parati

Aquae destillatae singulorum uncias octo.

Mixtis instilla inter continuam agitationem

Liquoris Ammonii caustici unciam dimidiam antea dilutam

Aquae destillatae unciis quatuor.

Sedimentum decantatione et filtratione separatum Aqua destillata ablue, inter chartam preme, leni calore loco umbroso sicca et tritum in vasis obturatis denigratisque caute secundum leges serva.

Sit etc. p. 182.

Pag. 185. Post **Kali causticum siccum** insere

Kali hydroiodicum. v. pag. 295.

Pag. 188. **Kali tartaricum.** Verba: *aëris humorem facile attrahens* expunge et p. 189. loco verborum: *liquore auri muriatici* rep.

aqua hydrosulphurata et solutione praecipitati in liquore ammonii hydrosulphurati.

Pag. 191. **Liquor Ammonii caustici.**

In verbis: *Aquae destillatae libram unam et dimidiam expunge* et dimidiam.

Tum loco verborum: *libra una et dimidia* rep.
librae duae.

Tandem p. 192. in fine adde

Qui vasis idoneis instructi sunt hoc modo procedant.

R. Ammonii muriatici crudi in pulverem subtilissimum triti partes duas.

Calcariae ustae subtilissime tritae partes tres.

Misce in retorta cujus collo excipulum vitreum, tubo elongato instructum, adaptatum est. Tum fiat destillatio igne sensim aucto et gas, quod prodit, in aqua destillata (uti jam ad Acidum muriaticum dictum est) continue frigidissima conservanda excipiatur. Quando aqua ulterius gas absorbere recusat, recens aqua in ejus locum substituatur. Haec si destillatione finita nondum saturata remanet, nova operatione saturari potest. Sit pond. sp. = 0,9166, quod pro usu medico diluendum, ut sit = 0,965 = 0,975.

Cave ne sit odore pyro-oleoso, qui oritur, si ammonium muriaticum aut calcaria usta materia quadam combustibili commixta fuerint.

Pag. 196. **Liquor Kali caustici.** Loco verbi: *duplum* rep.
decuplum
Tum verba: *Quamdiu liquoris portiuncula* etc. *calcaria usta est addenda* sic muta

Quamdiu liquoris portiuncula exemta cum aqua Calcariae mixta praecipitatum efficit calcaria usta est addenda.

Tandem dele verba: *Tum cola per linteum antea bene elotum.*

Pag. 196. **Liquor Natri caustici.** Loco verbi: *quinque* rep.
duas

Pag. 198. **Magnesia carbonica.** Verbis: *Carbonas magnesicus cum Aqua* adde
et Hydrate magnesico.

Pag. 199. **Mel despumatum.** Loco verborum: *libras octo* rep.
libras octo-sedecim.

Pag. 201. **Mixtura sulphurico-acida.** Loco verborum: *uncias sex* rep.
uncias tres.

Pag. 206. **Oleum Absinthii coctum.** Verbis: *Herbae Absinthii* adde
recenter siccatae
et pag. 207 loco verbi: *cola* rep.
filtra.

Pag. 207. **Oleum Amygdalarum.** Verbis: *postquam faeces resederunt* adde

filtretur et.

Pag. 209. **Oleum Chamomillae citratum.** Loco verborum: *uncias tres* rep.

unciam unam et dimidiam.

Pag. 209. **Oleum Chamomillae terebinthinatum.** *Expungatur* hoc loco et inseratur pag. 303.

Pag. 210. **Oleum Lini sulphuratum.** Sic muta.

R. Olei Lini libram unam.

In vase terreo vitreato aut ferreo sat capaci et alto calefacto sensim adde

Sulphuris citrini pulverati uncias tres.

Coque spatula semper movendo et effervescentiam evitando, donec massa spissescat et refrigerata gelatinae instar colore fusco-rubro appareat. Serva.

In Oleo Terebinthinae plane solvatur.

Pag. 210. **Oleum Menthae crispae terebinthinatum.** *Expungatur* hoc loco et inseratur p. 304.

Pag. 212. **Pasta Glycyrrhizae.** Loco verborum: In infuso *colato* rep.

In infuso separatione et filtratione depurato.

Pag. 214. **Pulpa Prunorum depurata.** Loco verborum pag. 215. *in lebete stanno obducto* lege

in lebete stanneo.

Pag. 215. **Pulpa Tamarindorum.** Loco verborum: *Digere in Aquae communi fervida* rep.

Coque cum Aqua communi.

Tum loco verborum: in *lebete stanno obducto* lege

in vase porcellaneo.

Pag. 216. Post **Pulvis Glycyrrhizae** insere

Pulvis gummosus. v. pag. 308.

Pag. 218. **Species aromaticae.** Post verba: *Minutim concisa* insere

et a pulvere depurata.

Pag. 218. **Species ad Cataplasma.** Sic muta.

R. Foliorum Malvae

Althaeae

Herbae cum flore Meliloti citrinae

etc.

Pag. 219. **Species ad Infusum pectorale.** Loco: *Herbae Farfarae* rep.

Foliorum Farfarae.

Pag. 223. **Spiritus nitrico - aethereus.**
Post verba: *in lagenulis repletis* insere
addita Magnesiae ustae parva quantitate.

Pag. 226. **Stibium oxydatum album.**
Post verba pag. 227: *donec hoc aliquantum praevaleat* insere
et digere.

Pag. 230. **Sulphur stibiatum aurantiacum.** Sic muta.

R. Natri carbonici depurati sicci uncias sex,
Sulphuris depurati uncias tres et dimidiam,
Stibii sulphurati nigri subtilissime triti uncias sex,
Carbonis praeparati drachmas sex.

Omnia bene mixta liquefiant in crucibulo tecto, igne moderato. Massam liquefactam solve in Aquae destillatae quantitate sufficiente et liquorem filtratum ad crystallisationem repone. Crystallos, liquore decanthato, iterum in Aquae destillatae quantitate sufficiente solve, filtra et liquori filtrato instilla

Acidum sulphuricum dilutum,

quamdiu praecipitatum aurantiacum inde efficitur, quod a liquore supernatante separa et Aqua communi repetito ablue. Tum filtro exceptum inter chartam bibulam preme, loco umbroso, temperatura 20° non excedente sicca et in vasis bene obturatis loco umbroso serva.

Sit pulvis subtilis, coloris ex aurantiaco flavi, insipidus.

Pag. 233. Syrupus Amygdalarum. Loco verborum: Florum Aurantii *uncias duas,* rep.

Florum Aurantii uncias tres.

Pag. 234. Syrupus Chamomillae. Pag. 237. Syrupus Menthae. Pag. 238. Syrupus Sennae. Loco *Sacchari albi* lege

Sacchari albissimi.

Pag. 240. Tartarus ammoniatus. Loco verborum: *Liquor filtratus* etc. *et seponatur* lege

Liquor per aliquod tempus sepositus et filtratus in vase vitreo aut porcellaneo leni calore evaporet, tum ammonio, quod avolavit, restituto, seponatur.

Pag. 243. seqq. Tincturae. Tempus, per quod digerantur tincturae, ubique dele, ob notam adjectam.

Pag. 247. Post Tinctura Castorei insere

Eodem modo paratur

Tinctura Castorei Canadensis, quae sit coloris intense fusci.

Pag. 248. Post Tinctura Castorei aetherea insere

Tinctura Castorei Canadensis aetherea.

quae sit coloris fusci.

Pag. 250. **Tinctura Ferri pomati.** Sic muta.

R. Extracti Ferri pomati uncias duas,
Aquae Cinnamomi vinosae libram unam.
Solve

Pag. 251. Post **Tinctura Guajaci ammoniata** insere

Tinctura Jodi v. p. 322.

Pag. 253. **Tinctura Rhei aquosa.** Loco verborum: *uncias octodecim* rep.

uncias quindecim.

Tum post verba: *Liquorem refrigeratum* insere
leviter exprimendo.

Pag. 255. **Nota ad Tincturas.** Verba: *Omnes tincturae sint limpidae* sic mutentur

Omnes tincturae tamdiu digerantur, donec colorem requisitum adeptae fuerint. Sint limpidae etc.

Pag. 255. Post Notam ad Tincturas insere

Vinum Colchici v. pag. 328.

Pag. 256. Unguentum Cantharidum. Post verbum: *digere* inseratur
per horas duodecim.

Pag. 261. Zincum oxydatum via humida paratum. Adde verbis: *Kali nitrici*
depurati.

PARS SECUNDA.

SECTIO PRIMA.

SIMPLICIA.

Pag. 265. Ante Alcanna pone
Abrotanum. Herba v. pag. 3.

Pag. 265. Post Anethum insere
Artemisia. Radix v. pag. 17.

Pag. 266. Post Aurum insere
Basilicum. Herba v. pag. 22.
Boletus Laricis v. p. 66.
Bolus alba v. pag. 24.
Bolus Armena v. pag. 24.
Brassica Rapa v. pag. 25.

Pag. 266. Castoreum Canadense. Hoc loco *expungatur* et pag. 33 inseratur.

Pag. 266. Post Calendula inseratur
Cassia. Pulpa. *Cassienmark.*

Bactyrilobium Fistula Willd. Arbor Indiae orientalis, in India occidentali frequenter culta.

Legumina praelonga teretia, septis transversis, et pulpa inter septa nigricans.

Pag. 266. Post Cassia. Pulpa insere

Chaerophyllum sylvestre. Herba v. p. 35.

Pag. 266. Post Citrus. Cortex insere

Clematis erecta v. pag. 41.

Pag. 267. Colchicum. Radix. Hoc loco *expungatur* et inseratur p. 41.

Pag. 267. Colchicum. Semen. Adde

Colchicum autumnale Linn.

Pag. 267. Cuprum aceticum. Verbis: *in aquae partibus quinque solubilis* insere

ferventis.

Tum verba: *e cupro oxydato et acido acetico* sic muta

e cupro oxydato, acido acetico et aqua.

Pag. 268. Post Cynoglossum insere

Geoffroea surinamensis v. pag. 53.

Pag. 268. Graphites. Loco verborum *in Angliae et Hispaniae fodinis* rep.

in metallifodinis hinc inde.

Pag. 269. Post Hypericum insere

Hyssopus v. pag. 60.

Pag. 269. Jodum. *Expunge* hoc loco et insere pag. 61.

Pag. 269. Post Hyssopus insere

Kali ferruginoso-hydrocyanicum v. pag. 63.

Pag. 269. Post Lacca in granis insere

Lapathum acutum v. pag. 66.

Pag. 269. Lapis calaminaris. Verbis: *in metallifodinis Silesiae* adde

aliisque.

Pag. 270. Post Maranta adde

Marum verum. Herba. v. pag. 74.

Matricaria. Herba. v. pag. 75.

Pag. 270. Morrhua. Adde

Oleum animale pingue rancidum, coloris fusci, odoris valde ingrati. Sit limpidum ac transparens.

Pag. 270. Oxalium. Verba p. 271: *ex acido oxalico praevalente et kali constans* sic muta

ex acido oxalico praevalente, kali et aqua constans.

Pag. 271. Post Pichurim. Fabae minores insere

Pinus. Turiones. v. pag. 90.

Plantago major. Folia. v. pag. 90.

Pag. 272. Ratanha. Extractum. Verba: *plantae perennis Brasiliae, ibidem paratur,* sic muta

in Brasilia paratur.

Pag. 272. Ratanha. Radix. *Expungatur* hoc loco et inseratur pag. 93.

Adde verbis: *Krameria triandra Ruiz.*
Planta perennis Brasiliae.

Pag. 272. Post Ratanha inseratur
Rhododendron chrysanthum v. pag. 94.

Pag. 273. Post Sal Thermarum Carolinarum insere
Scammonium Halepense pag. 102.

Pag. 274. Post Spina cervina insere
Stibium sulphuratum nigrum crudum v. p. 106.

Pag. 274. Stomachus vitulinus exsiccatus. Verba: *per viginti quatuor* etc. usque ad finem sic muta
expandatur, in aëre aut ad ignem siccetur et loco sicco servetur.

Pag. 274. Post Styrax calamita insere
Tanacetum. Herba. v. pag. 110.
Toxicodendron. Folia. v. pag. 113.

SECTIO SECUNDA.

PRAEPARATA ET COMPOSITA.

Pag. 276. Acidum boracicum. Verba pag. 277: *Crystalli collectae* etc. *depurentur* sic muta
Crystalli collectae et siccatae excandescant, tum in aqua solvantur et iterum in crystallos redigantur.

Pag. 278. Post Aqua foetida antihysterica insere

Aqua hydrosulphurata v. pag. 140.

Pag. 279. Post Aqua hydrosulphurata acidula insere

Aqua Opii v. pag. 142.

Pag. 281. Aurum muriaticum. Ante verbum: *evaporando* insere

leni igne.

Pag. 282. Chinium. *Expungatur* hoc loco et inseratur pag. 150.

Pag. 283. Chinium sulphuricum. *Expungatur* hoc loco et inseratur pag. 150.

Pag. 284. Chlorum Calcariae. *Expungatur* hoc loco et inseratur pag. 150. Tum lege

Chloretum Calcariae.

Pag. 287. Post Elaeosacchara insere

Electuarium Theriaca v. pag. 153.

Pag. 290. Post Extractum Calendulae insere

Extractum Filicis aethereum.

R. Radicis Filicis pulveratae unciam unam.

Infunde

Aetheris sulphurici venalis uncias octo.

Sepone vas clausum, subinde agitando, donec liquor colorem flavescentem induerit, et liquore decanthato operationem repete. Liquores mixti et colati destillatione aetheris sulphurici ad quartam partem redigantur, tum in balneo vaporis ad spissitudinem extracti tenuioris e flavo fusci evaporent.

Pag. 291. **Extractum Scillae.** Loco verborum: *nigro-rubri* rep.
e flavo fusci.

Pag. 291. **Extractum Taraxaci** adde
Radicis.

Pag. 292. **Extractum Nucum Vomicarum spirituosum.** Hoc loco *expunge* et insere pag. 172.

Pag. 295. Post **Hydrargyrum aceticum** insere

Hydrargyrum oxydulatum nigrum purum.

R. Liquoris Hydrargyri oxydulati recenter parat quantum placet.

Instilla

Liquoris Kali caustici eam quantitatem, ut kali

satis praevaleat. Praecipitatum filtro separatum aqua destillata calida probe ablue, leni calore sicca et in vasis bene clausis loco umbroso frigido serva.

Pag. 295. Kali hydroiodicum. *Expungatur* hoc loco et inseratur pag. 185. Verba: *donec liquoris color* etc. *vergat* sic muta

donec liquoris color rubicundus fiat.

Verbis: *aëri expositae humorem attrahentes* insere

tandem.

Verba: *a natro muriatico* etc. usque ad finem sic muta

a kali carbonico liberae, quod effervescentia cum acidis sese prodit, si scilicet crystalli antea in aqua solutae fuerint.

Pag. 297. Linimentum ammoniatum. Linimentum ammoniato - camphoratum. Loco verbi: *coëant* lege

coierint.

Pag. 303. Natrum nitricum. Verba: *in aëre humectantes* sic muta

in aëre tandem humescentes.

Pag. 303. Post Oleum camphoratum adde

Oleum Chamomillae terebinthinatum v. pag. 209.

Pag. 304. Post **Oleum Hyperici coctum** adde

Oleum Menthae crispae terebinthinatum v. pag. 210.

Pag. 308. **Pulvis dentifricius.** Verbis *aquae destillatae* adde

ferventis

nec non verbo: *paratum*

ac filtratum.

Pag. 310. **Saccharum Aluminis** lege

Saccharum aluminatum.

Pag. 312. **Serum Lactis dulce.** Sic muta

R. Stomachi vitulini exsiccati unciam dimidiam.
Infunde

Aquae communis frigidae uncias sex,

et sepone per decem aut duodecim horas.

Hujus liquoris unciam unam adde

Lactis vaccini recentis libris novem.

Tum expone leni calori etc. pag. 313.

Pag. 316. **Strychnium nitricum.** Loco verbi: *difficile* pag. 317 lege

difficilius.

Pag. 319 et seqq. **Tincturae.** Dele verbum: *limpida* nec non tempus digestionis.

Pag. 319. **Tinctura Ambrae.** Loco *Spiritus Vini alcoholisati* rep.

Spiritus sulphurico-aetherei.

Dele verba: *Eodem modo paretur:*

Tinctura Moschi, quae sit ejusdem coloris.

Pag. 319. **Tinctura Ambrae cum Moscho.** Dele.

Pag. 321. **Tinctura Castorei Canadensis** et **Tinctura Castorei Canadensis aetherea** *expungantur* hoc loco et inserantur pag. 248.

Pag. 322. **Tinctura Jodi.** *Expungatur* hoc loco et inseratur pag. 251.

Pag. 323. Post **Tinctura Laccae** insere

Tinctura Moschi.

R. Moschi drachmam unam,
Spiritus Vini rectificati,
Aquae destillatae singulorum uncias tres.

Digere, donec Moschus fere totus solutus fuerit. Sit coloris fuscescentis.

Pag. 324. Post **Tincturas** adde

Nota. *De tincturis v. Notam pag.* 255.

Pag. 325. **Trochisci Ipecacuanhae.**
Verbo: *Colaturae* adde

unciae unius

et in fine post verbum: *trochisci*

granorum quatuor.

Pag. 325. **Unguentum Aeruginis.** Dele verbum: *soluto* post *liquori.*

Pag. 327. **Unguentum Zinci.** Verbis: *Zinci oxydati* adde

via humida parati.

Pag. 328. **Vinum Colchici.** *Expungatur* hoc loco et inseratur pag. 255.

Loco verborum: *per dies decem* repone

Digere donec colorem fuscum adeptum fuerit.

Tum dele verba: *coloris fusci.*

REAGENTIA.

Pag. 330. **Ferrum sulphuratum.**

Verba: *Limatura ferri* etc. *immittatur* sic muta

Limaturae ferri partes tres cum sulphuris depurati partibus duabus etc. immittantur.

Pag. 330. **Liquor Ammonii caustici.**

Dele quae de praeparatione dicta sunt.
Post hunc adde

Liquor Ammonii oxalici.

Oxalium in aqua destillata solutum addito liquore ammonii caustici neutralisetur, liquor filtretur et bene servetur.

Pag. 331. **Liquor Auri muriatici.** Dele.

TABULA PRIMA

docens, qua proportione acidum hydrocyanicum, hydrargyrum, opium et stibium oxydatum in medicamentis compositis contineantur.

PARS I. SECTIO II.

Aqua Amygdalarum amararum. *Unciae quatuor* analysi chemica praebent *Ferri hydrocyanici grana quinque.*

Aqua Lauro-Cerasi. *Unciae quatuor* analysi chemica praebent *Ferri hydrocyanici grana quinque.*

Elixir e Succo Glycyrrhizae olim *e Succo Liquiritiae* dictum *nullum continet Opium.*

Emplastrum opiatum. *Uncia una* continet *Opii pulverati grana viginti quatuor.*

Hydrargyrum stibiato-sulphuratum. *Uncia una* continet *Hydrargyri drachmas duas.*

Hydrargyrum sulphuratum nigrum. *Uncia una* continet *Hydrargyri unciam dimidiam.*

Liquor Hydrargyri muriatici corrosivi. *Uncia una* continet *Hydrargyri muriatici corrosivi* fere *granum unum.*

Liquor Hydrargyri nitrici oxydati. *Uncia una* continet *Hydrargyri oxydati rubri drachmam unam.*

Liquor Hydrargyri nitrici oxydulati. *Uncia una* continet *Hydrargyri oxydulati* circiter *scrupulos duos et grana octo.*

Liquor Stibii muriatici. *Uncia una* continet *Stibii oxydati* circiter *scrupulos quatuor.*

Oleum Amygdalarum amararum. *Drachma una* analysi chemica praebet *Ferri hydrocyanici* fere *grana quatuordecim.*

Pulvis Ipecacuanhae opiatus. *Grana octodecim* continent *Opii granum unum.*

Pulvis Ipecacuanhae opiatus. *Pharm. Bor. ed.* 3. *Grana decem* continebant *Opii granum unum.*

Tartarus stibiatus. *Uncia una* continet *Stibii oxydati* circiter *scrupulos decem.*

Tinctura Opii benzoica. *Uncia una* continet *Opii pulverati solubilis* circiter *grana duo et dimidium.*

Tinctura Opii crocata. *Drachma una* continet solubile ex *Opii pulverati granis sex.*

Tinctura Opii crocata. *Pharm. Bor. ed.* 3. *Drachma una* continebat solubile ex *Opii granis decem.*

Tinctura Opii simplex. *Drachma una* continet solubile *ex Opii pulverati granis sex.*

Tinctura Opii simplex. *Pharm. Bor. ed.* 3. Drachma una continebat solubile ex *Opii granis decem.*

Unguentum Hydrargyri cinereum. *Uncia una* continet *Hydrargyri unciam dimidiam.*

Unguentum Hydrargyri citrinum. *Uncia una* continet *Hydrargyri oxydati* circiter *scrupulum et grana quatuordecim.*

Vinum stibiatum. *Uncia una* continet *Tartari stibiati grana duo.*

PARS II. SECTIO II.

Acidum hydrocyanicum. *Uncia una* analysi chemica praebet *Ferri hydrocyanici* fere *grana viginti.*

Aqua phagedaenica. *Uncia una* continet *Hydrargyri oxydati non soluti* fere *granum unum.*

Electuarium Theriaca. *Uncia una* continet *Opii pulverati* circiter *grana quinque.*

Massa Pilularum e Cynoglosso. *Grana septem* continent *Opii pulverati* circiter *granum unum.*

Unguentum Hydrargyri album. *Drachma una* continet *Hydrargyri ammoniato-muriatici grana sex.*

Unguentum Hydrargyri rubrum. *Drachma una* continet *Hydrargyri oxydati rubri* circiter *granum unum et quadrantem.*

Unguentum Tartari stibiati. *Drachma una* continet *Tartari stibiati grana duodecim.*

Unguentum Tartari stibiati. *Pharm. Bor. ed.* 3. *Drachma una* continebat *Tartari stibiati grana viginti.*

Adde

Tinctura Cantharidum. *Uncia una* continet solubile e *Cantharidum* circiter *scrupulis duobus.*

Tinctura Cantharidum. *Pharm. Bor. ed.* 3. *Uncia una* continebat solubile e *Cantharidum* circiter *scrupulo uno.*

Solutio arsenicalis. *Drachma una et dimidia* continent *Arsenici albi granum unum.*

TABULA SECUNDA

exhibens doses medicamentorum maximas, ultra quas Medicus pro usu interno non praescribat absque addito signo (!).

PARS I. SECTIO I.

Belladonna. Herba. Pulvis . . .	Grana quatuor.
Belladonna. Radix. Pulvis . . .	Grana quatuor.
Cantharides. Pulvis	Granum unum.
Colocynthis. Pulvis	Granum unum.
Digitalis. Herba. Pulvis	Grana quinque.
Gutti	Grana quatuor.
Helleborus albus. Radix. Pulvis .	Grana decem.
Helleborus niger. Radix. Pulvis .	Scrupulum unum.
Nuces vomicae. Pulvis	Grana duo.
Opium pro adulto	Grana duo.
Scilla. Radix. Pulvis	Grana tria.
Stramonium. Herba. Pulvis . . .	Grana quatuor.
Stramonium. Semen. Pulvis . . .	Grana quatuor.

PARS I. SECTIO II.

Acidum muriaticum	Guttae triginta.
Acidum nitricum	Guttae viginti.
Acidum sulphuricum dilutum . . .	Guttae triginta.
Aether phosphoratus	Guttae decem.
Aether sulphuricus	Guttae viginti.
Aqua Amygdalarum amararum . .	Guttae quinquaginta.

Aqua Lauro-Cerasi	Guttae triginta.
Argentum nitricum crystallisatum . .	Gran. dimidium.
Colocynthis praeparata	Granum unum.
Cuprum sulphurico-ammoniatum . .	Grana duo.
Cuprum sulphuricum	Grana duo.
Extractum Belladonnae	Grana duo.
Extractum Nucum vomicarum aquosum	Grana duo.
Extract. Nucum vomicarum spirituosum	Grana duo.
Extractum Opii	Grana duo.
Hydrargyrum muriaticum corrosivum	Gran. dimidium.
Hydrargyrum oxydatum rubrum . . .	Gran. dimidium.
Liquor Hydrargyri nitrici oxydati . .	Guttae tres.
Mixtura sulphurico-acida	Guttae viginti.
Plumbum aceticum	Granum unum.
Pulvis Ipecacuanhae opiatus	Grana viginti.
Tartarus stibiatus	Grana sex.
Tinctura Cantharidum	Guttae quindecim.
Tinctura Colocynthidis	Guttae viginti.
Tinctura Digitalis aetherea	Guttae viginti.
Tinctura Digitalis simplex	Guttae triginta.
Tinctura Jodi	Grana decem.
Tinctura Opii crocata	Guttae triginta.
Tinctura Opii simplex	Guttae triginta.

PARS II. SECTIO I.

Croton. Oleum	Gutta una.
Scammonium Halepense	Granum unum.
Toxicodendron. Herba. Pulvis . . .	Grana sex.

PARS II. SECTIO II.

Acidum hydrocyanicum	Gutta una.
Aurum muriaticum	Granum unum.
Hydrargyrum aceticum	Granum unum.
Massa pilularum e Cynoglosso	Grana quindecim.
Morphium aceticum	Grani quadrans.
Oleum phosphoratum	Grana triginta.
Solutio arsenicalis	Guttae decem.
Strychnium nitricum	Grani quadrans.
Tinctura Stramonii Seminis	Guttae viginti.

TABULA TERTIA

sistens medicamenta, quae Medicus, per se, ad usum internum, non praescribat, nisi signum (!) addiderit.

PARS I. SECTIO I.

Omnia medicamenta, quorum nomini verbum *crudum* additum est, e. g. acidum muriaticum crudum etc. nec non acidum sulphuricum rectificatum venale.

Aerugo.
Arsenicum album.
Baryta sulphurica nativa.
Bismuthum.
Cerussa.
Cuprum sulphuricum venale.
Euphorbium.
Gypsum.
Hydrargyrum muriaticum corrosivum venale.
Hydrargyrum oxydatum rubrum venale.
Jodum.
Lithargyrum.
Manganum oxydatum nativum.
Minium.
Nicotiana. Folia.

Nitrum Spiritus fumans.
Opium pro infante infra quinque annos.
Phosphorus.
Sabadilla. Semen.
Vitriolum album.

PARS I. SECTIO II.

Acetum plumbicum.
Acidum aceticum.
Acidum muriaticum, a. nitricum, a. sulphuricum rectificatum et a. sulphuricum rectificatum dilutum, absque aqua.
Acidum pyrolignosum rectificatum.
Alumen ustum.
Argentum nitricum crystallisatum non solutum.
Argentum nitricum fusum.
Hydrargyrum ammoniato-muriaticum.
Hydrargyrum muriaticum corrosivum non solutum.
Kali carbonicum e cineribus clavellatis.
Kali causticum fusum et siccum.
Kali hydroiodicum.
Liquor Kali caustici et Natri caustici.
Liquor Stibii muriatici.
Mixtura sulphurico-acida absque addita aqua.
Plumbum carbonicum.
Stibium oxydatum griseum.
Tinctura kalina.

PARS II. SECTIO I.

Cuprum aceticum.
Oxalium.

PARS II. SECTIO II.

Acidum aceticum aromaticum.
Acidum aceticum aromaticum camphoratum.
Aqua coerulea.
Aqua phagedaenica.
Aqua plumbica.
Aqua vegeto - mineralis.
Morphium.
Stibium oxydulatum.

Non opus est, ut Hirudines, Formicae, Metalla e. g. Argentum, Ferrum, Cuprum, Aurum, tum Emplastra, Linimenta, Unguenta, Aqua vulneraria etc. hic recenseantur.

TABULA QUARTA

indicans Pondera specifica medicamentorum, quae in revisionibus officinarum exploranda sunt.

Acetum concentratum	= 1,035 — 1,045.
Acetum plumbicum	= 1,230 — 1,240.
Acidum muriaticum	= 1,110 — 1,120.
Acidum nitricum	= 1,195 — 1,205.
Acidum phosphoricum depuratum	= 1,125 — 1,135.
Acidum phosphoricum purum	= 1,125 — 1,135.
Acidum sulphuricum rectificatum	= 1,840 — 1,850.
Aether aceticus	= 0,885 — 0,895.
Aether sulphuricus	= 0,730 — 0,740.
Liquor Ammonii acetici	= 1,030 — 1,040.
Liquor Ammonii carbonici	= 1,050 — 1,060.
Liquor Ammonii caustici	= 0,965 — 0,975.
Liquor Ammonii carbonici pyro-oleosi	= 1,050 — 1,060.
Liquor Ferri muriatici oxydati	= 1,495 — 1,505.
Liquor Hydrargyri nitrici oxydati	= 1,175 — 1,185.
Liquor Hydrargyri nitrici oxydulati	= 1,100.
Liquor Kali acetici	= 1,140 — 1,150.
Liquor Kali carbonici	= 1,325 — 1,335.

Liquor pyro-tartaricus	= 0,995 — 1,005.
Liquor Saponis stibiati	= 1,100 — 1,110.
Liquor Stibii muriatici	= 1,345 — 1,355.
Mixtura sulphurico-acida	= 0,935 — 0,945.
Mixtura vulneraria acida	= 1,050 — 1,060.
Spiritus muriatico-aethereus	= 0,835 — 0,845.
Spiritus nitrico-aethereus	= 0,840 — 0,850.
Spiritus sulphurico-aethereus	= 0,855 — 0,865.
Spiritus sulphurico-aethereus ferruginosus seu martiatus	= 0,830 — 0,840.
Spiritus Vini alcoholisatus	= 0,810 — 0,820.
Spiritus Vini rectificatissimus	= 0,835 — 0,845.
Spiritus Vini rectificatus	= 0,895 — 0,905.
Tinctura Opii crocata	= 1,045 — 1,055.
Tinctura Opii simplex	= 0,955 — 0,965.

TABULA QUINTA

sistens medicamenta caute servanda, i. e. a reliquis separanda.

PARS I. SECTIO I.

Acidum sulphuricum crudum.
Acidum sulphuricum rectificatum venale.
Aerugo.
Arsenicum.
Belladonna. Herba.
Belladonna. Radix.
Cantharides.
Cerussa.
Colocynthis.
Conium. Herba.
Cuprum sulphuricum venale.
Digitalis.
Euphorbium.
Gutti.
Helleborus albus. Radix.
Hydrargyrum muriaticum corrosivum venale.
Hydrargyrum oxydatum rubrum venale.

Hyoscyamus. Folia.
Lithargyrum.
Minium.
Nitrum. Spiritus fumans.
Opium.
Phosphorus.
Plumbum aceticum crudum.
Sabadilla. Semen.
Sabina. Herba.

PARS I. SECTIO II.

Acetum plumbicum.
Acidum sulphuricum rectificatum.
Argentum nitricum crystallisatum.
Argentum nitricum fusum.
Colocynthis praeparata.
Cuprum sulphuricum.
Extractum Belladonnae.
Extractum Colocynthidis.
Extractum Conii.
Extractum Digitalis.
Extractum Hyoscyami.
Extractum Nucum vomicarum aquosum et spirituosum.
Extractum Opii.
Hydrargyrum ammoniato-muriaticum.
Hydrargyrum muriaticum corrosivum.
Hydrargyrum oxydatum rubrum praeparatum.
Hydrargyrum oxydulatum nigrum.

Kali causticum fusum.
Kali causticum siccum.
Kali hydroiodicum.
Liquor Hydrargyri muriatici corrosivi.
Liquor Hydrargyri nitrici oxydati.
Liquor Hydrargyri nitrici oxydulati.
Liquor Kali caustici.
Liquor Natri caustici.
Liquor Stibii muriatici.
Oleum Amygdalarum amararum.
Plumbum aceticum depuratum.
Plumbum carbonicum.
Pulvis Ipecacuanhae compositus.
Resina Jalapae.
Stibium oxydatum griseum.
Tartarus stibiatus.
Tinctura Cantharidum.
Tinctura Colocynthidis.
Tinctura Jodi.
Tinctura kalina.
Tinctura Opii benzoica.
Tinctura Opii crocata.
Tinctura Opii simplex.

PARS II. SECTIO I.

Croton. Oleum.
Cuprum aceticum.
Hyoscyamus. Semen.

Jodum.
Oxalium.

PARS II. SECTIO II.

Acidum hydrocyanicum.
Aqua coerulea.
Aqua phagedaenica.
Aqua plumbica.
Aurum muriaticum.
Electuarium Theriaca.
Hydrargyrum aceticum.
Hydrargyrum oxydulatum nigrum purum.
Massa pilularum e Cynoglosso.
Morphium.
Morphium aceticum.
Solutio arsenicalis.
Stibium oxydulatum fuscum.
Strichnium nitricum.
Tinctura Stramonii Seminis.